שִׁחֵד muneravit, donavit, munus diſtribuit, ſeu dedit, largitus eſt donum, munus exhibuit. kal. imp. pl. m. שִׁחֲדוּ בַּעֲדִי donate mihi, vel pro me. Job. 6. 22. fut. 2. ſ. foe. וַתִּשְׁחֳדִי אוֹתָם & donaſti illis, ſeu munerata es eos. Ezec. 16. 33.

שֹׁחַד, שׁוֹחַד m. munus, donum. præſ. הַשֹּׁחַד munus. כְּ, בְּשֹׁחַד pro munere.

שָׁחָה depreſſa eſt. Pſ. 44. 26. Prov. 2. 18. kal præt. 3. ſ. foe.

Rad. שחה incurvatus eſt.

שחח incurvatus eſt, humiliatus fuit, humiliavit, incurvavit ſe ipſum, humi procubuit, abjecit, proſtravit, depreſſit, inclinavit ſe. kal. imp. f. foe. שחי incurva, abjice te. Hiph. fut. 3. ſ. m. aff. דאגה בלב־איש ישחנה ſollicitudo in corde viri incurvabit, dejiciet eum. Prov. 12. 25. וישחך & humiliabit te. Hithp. præt. השתחוה procubuit, incurvavit ſe adorandi, vel honoris exhibendi causâ, quod reverentiæ ſignum etiam hominibus fiebat, maximè principibus, aut magnis viris, uti apud Orientales mos erat: tribuitur autem Deo, quod aptius non habeamus, ſed tunc internam adorationem ſignificat: verbum hoc ergò latriæ cultum, & duliæ complectitur, quorum ille Deo, hic hominibus etiam exhibetur, cum illis aſſurgitur: conſtruitur cum præp. על. אל. ל. & לפני præt. 2. ſ. m. השתחוית incurvaſti. part. ſ. m. משתחוה incurvans ſe. pl. m. ex formâ inuſit. משתחויתם incurvant ſe. Ezec. 8. 16. fut. 1. ſ. אשתחוה incurvabo me. 1. pl. נשתחוה incurvabimus nos.

שחה natavit extenſis manibus. kal. part. ben. ſ. m. præf. cum inf. præf. השחה לשחות natans ad natandum. Iſa. 25. 11. Hiphil. fut. 1. ſ. אשחה natare facio.

שחו maſc. natatio, fluctuatio. Ezec. 4. 7. מי שחו aquæ natationis.

שחו meditatio ejus. Amoſ. 4. 13. nom. ſ. m. aff. à שיח Rad. שוח eloqui.

שחו, שחו incurvant ſe. kal. præt. 3. plur. Rad. שחח incurvatus eſt.

שחות m. demiſſio, incurvatio, curvitas vultûs in terram: poteſt etiam eſſe infin. kal.

שחוט ductus, tractus. foe. præf. השחוטה jugulata. kal. part. pah. ſ. m. & ſ. R. שחט jugulavit.

שחוט jugulare. præf. לשחוט ad jugulandum. kal. inf.

שחולת quòd ægra. Cant. 5. 8. kal. part. ben. ſ. foe. conſt. cum relat. ש. R. חלה infirmatus eſt.

שחוק ridere, ludere. præf. ב, לשחוק ad ludendum. kal. inf. R. שחק riſit.

שחק. שחוק m. luſus, riſus, deriſio, cachinnus, deridiculum. præf. השחוק riſus. משחוק præ riſu.

שחר. שחור m. niger, nigrum, nigricans, fuſcus, ſubniger. pl. maſc. præf. השחורים nigri. R. שחר denigratus eſt.

שְׁחוֹר m. nigredo, carbo. præſ. חָשַׁךְ מִשְּׁחוֹר תָּאֳרָם obſcurata eſt præ nigredine forma eorum. Lam.4.8.

שְׁחוֹרָה foe. nigra. pl. שְׁחוֹרוֹת nigræ. à ſ. שָׁחוֹר niger.

שְׂחוֹת natare. præf. לִשְׂחוֹת ad natandum. kal. inf. præf. Rad. שָׂחָה natavit.

שְׁחוּת foe. fovea, foſſa. aff. præf. בִּשְׁחוּתוֹ in foveam ſuam. R. שָׁחַח incurvatus eſt.

שַׁחוֹתִי curvavi me. kal. præt. 1. ſ. R. שָׁחַח curvatus eſt.

שָׁחַח curvatus, incurvatus, depreſſus, dejectus eſt, inclinatus, proſtratus deorsùm, inflexus eſt, incurvavit, humiliavit ſe. kal præt. 3. ſ. f. שָׁחָה depreſſa eſt. pl. 3. שָׁחֲחוּ & שַׁחוּ incurvant. inf. שְׁחוֹחַ demittendo ſe. imp. ſ. foe. שְׁחִי deprimete. fut. 3. ſ. m. יָשֹׁחַ incurvabit ſe. 2. ſ. m. 3. f. וַתָּשׁוֹחַ & humiliat ſe. pl. 3. m. יָשֹׁחוּ depriment ſe. Niph. fut. 3. ſ. m. וַיִּשַּׁח & deprimit ſe. 2. ſ. m. 3. foe. תִּשַּׁח humiliet ſe. 3. plur. maſc. Eccl. 12. 5. וְיִשַּׁחוּ כָּל־בְּנוֹת הַשִּׁיר & humiliabuntur, ſeu deprimentur omnes filiæ cantici. Hiph. fut. 3. ſ. m. aff. יַשְׁחֶנָּה humiliabit illud. Hithp. fut. 2. ſ. foe. מַה תִּשְׁתּוֹחֲחִי נַפְשִׁי quid, aut cur humiliabis te, ſeu proſtrata es anima mea. Pſ.42.6... 43. 5. 2. ſ. m. 3. foe. עָלַי נַפְשִׁי תִשְׁתּוֹחָח in me anima mea humiliabit, deprimet ſe. Pſ.42.7.

שָׂחַט expreſſit ſuccum propriè, vel humorem, uvas. kal fut. 1. ſ. וָאֶשְׂחַט אוֹתָם & exprimebam eas. Ge.40. 11.

שָׁחַט mactavit, jugulavit, occidit, excoriavit, ſacrificavit: mactatio autem fit tracto, & reducto per jugulum animalis gladio, ſeu cultro acutiſſimo. kal. 3. ſ. m. aff. שְׁחָטוֹ mactavit eam. 2. ſ. m. שָׁחַטְתָּ jugulaſti. pl. 2. m. שְׁחַטְתֶּם mactaſtis. 3. pl. שָׁחֲטוּ jugulant. part. ben. ſ. m. שׁוֹחֵט mactans. plur. conſt. שֹׁחֲטֵי jugulantes. pah. ſ. m. שָׁחוּט ductus, tractus. foe. ſ. præf. הַשְּׁחֻטָה הַשְּׁחוּטָה jugulata. inf. præf. לִשְׁחוֹט ad jugulandum. aff. בְּשַׁחֲטָם in jugulare eos. imp. pl. m. שַׁחֲטוּ mactate. fut. 2. ſ. maſc. 3. f. תִּשְׁחַט 2. ſ. foe. תִּשְׁחֲטִי mactabis. 3. ſ. maſc. יִשְׁחַט aff. יִשְׁחָטֵם יִשְׁחָטֵהוּ jugulabit eum, eos. pl. 2. m. תִּשְׁחֲטוּ jugulabitis. 3. pl. m. aff. יִשְׁחָטוּם, יִשְׁחָטוּהוּ jugulabunt eos, eum. Niph. fut. 2. ſ. m. 3. foe. תִּשָּׁחֵט & 3. ſ. m. יִשָּׁחֵט jugulabitur.

שַׁחֲטָה foe. mactatio, jugulatio. Hoſ.5. 2. וְשַׁחֲטָה סֵטִים הֶעְמִיקוּ & ad

& ad jugulandum, seu ad mactationem declinantes, Apostatæ profundarunt, vel in profundum abierunt; aut callidè machinati sunt: potest esse nomen, & infin. kal. cum ה parag.

שְׁחִי deprime te. kal. imp. f. foe. R.

שָׁחַח incurvatus est.

שִׂחִי eloquium meum. Job. 23. 2. præf. בְּשִׂיחִי in sermone meo. nom. f. m. שִׂיחַ sermo. aff. R. שׂוּחַ meditari.

שְׁחִיטָה, שְׁחִיטַת foe. jugulatio, mactatio. 2. Paral. 30. 17. עַל שְׁחִיטַת הַפְּסָחִים super jugulationem, vel mactationem Paschatum, id est victimarum, & agnorum paschalium.

שְׁחִין m. ulcus, inflammatio, apostema. præf. הַשְּׁחִין ulcus. בִּשְׁחִין, בַּשְּׁחִין, ל ulcere.

שָׁחִיס m. sponte nascens, non satum.

שְׂחִיף masc. tectorium: tectus, opertus, conjunctio, & contabulatio lignorum. Ezec. 41. 16. שְׂחִיף עֵץ opertum ligno.

שְׁחִית foe. fovea, fossa. plur. f. aff. præf. בִּשְׁחִיתוֹתָם in foveis ipsorum. R. שָׁחָה humiliatus est.

שְׁחִיתָה foe. Chal. corruptum, deperditum, corruptela. peh. part. f. R.

שָׁחַת corrupit.

שֶׁחָכַמְתִּי quòd sapiens fui. kal. præt. 1. f. cum relat. שֶׁ præf. Rad. חָכַם sapiens fuit.

שַׁחַל m. leo ferox, & immanis, mediæ ætatis: leopardus animal ex leone, & pantherâ natum, vel potiùs ex pardo, & leænâ. præf. כַּשַּׁחַל sicut leo.

שְׁחֵלֶת foe. onyx, onycha, ungula, species aromatis ad suffitum adhibiti.

שַׁחַף m. larus avis immunda: Aesalon accipitris species: fulica, cuculus. præf. הַשַּׁחַף larus, seu fulica, quæ tam in terrâ, quàm in aquâ degit.

שַׁחֶפֶת foe. tabes, phtisis, infirmitas corpus attenuans: tumor squameus, scabies quæ corpori inducit materiam squamosam, & cohærescentem, unde fit putrefactio. præf. בַּשַּׁחֶפֶת tabe.

שַׁחַץ m. fera, sævitia, superbia, deseviens, fastus abominabilis, ferocia, fortitudo; abactor. שַׁחֲצִימָה Sachasimah. nom. pr.

שָׁחַק contudit, comminuit, contrivit, excavavit tundendo. kal. præt. 2. f. m. Exod. 30. 36. וְשָׁחַקְתָּ מִמֶּנָּה הָדֵק & contundes ex eo comminuendo. pl. 3. שָׁחֲקוּ comminuunt. fut. 1. f. aff. אֶשְׁחָקֵם contundam eos.

שַׁחַק m. pulvis contusus & minutis.

tissimus; pulvisculus: item nubes superior, coelum, æther, tenuitas nubium, seu aeris. præf. Ps. 89. 7. בַּשַּׁחַק לַיהוָה יַעֲרֹךְ וּמִי quis æquabitur Domino in cœlo. pl. præf. בַּשְּׁחָקִים , ל in coelis.

שָׁחַק risit, lusit, derisit, irrisit, subsannavit, lætatus est, hilaris fuit: construitur cum præp. עַל & ל, & tunc est deridere. kal. præt. 3. plur. שָׂחֲקוּ rident. inf. præf. ל, בִּשְׂחוֹק ludendo. fut. 1. f. אֶשְׂחַק ridebo. 2. f. m. 3. f. תִּשְׂחַק ridebis. 3. f. m. יִשְׂחַק ridebit. plur. 3. m. יִשְׂחֲקוּ ridebunt. pih. præt. שִׂחֵק lusit, risit, jocatus est. præt. 1. f. שִׂחַקְתִּי risi. part. ben. f. m. מְשַׂחֵק ludens. pl. m. מְשַׂחֲקִים ridentes, ludentes. foe. f. מְשַׂחֶקֶת jocans. pl. præf. הַמְשַׂחֲקוֹת ludentes. inf. præf. לְשַׂחֵק ad ludendum; fut. 2. f. m. 3. f. præf. הַתְשַׂחֶק an ludes? 3. f. m. יְשַׂחֵק ludet. 3. pl. m. יְשַׂחֲקוּ ludent. Hiph. part. plur. m. מַשְׂחִיקִים deridentes.

שְׂחֹק , שְׂחוֹק m. risus, lusus, ludus, derisio, cachinnus, deridiculum. præf. הַשְּׂחֹק risus. ל , כִּשְׂחֹק in risu. כִּשְׂחֹק sicut risus. מִשְּׂחֹק præ risu.

שָׁחַר niger fuit, vel factus est, obscurus, obscuratus est, nigrescebat, denigratus est, fuscus fuit. pih. præt. שִׁחֵר diluculò, manè, sedulò, tempestivè, studiosè quæsivit, pervestigavit, maturavit, maturè quæsivit: construitur cum accusat. vel cum אֶל. præt. 2. f. m. aff. שִׁחַרְתַּנִי requisivisti me. pl. 3. שִׁחֲרוּ requirunt. part. ben. plur. m. const. & aff. מְשַׁחֲרֵי מְשַׁחֲרַי quærentes me. inf. præf. לְשַׁחֵר quærendo. fut. 1. f. aff. אֲשַׁחֲרֶךָּ te requiram. 2. f. m. 3. f. תְּשַׁחֵר quæres. pl. 3. m. aff. יְשַׁחֲרֻנְנִי requirent me.

שַׁחַר m. Aurora, Lucifer, mane, diluculum, lux prima, obscuritas fusca, Sol oriens: nominis ratio, quia tùm res incipiunt obscurè nosci. præf. הַשַּׁחַר aurora. בַּשַּׁחַר in aurorâ. כְּ כַּשַּׁחַר sicut aurorà. aff. שַׁחְרָהּ aurora ejus.

שָׁחֹר , שָׁחוֹר m. niger, nigrum, nigricans, subniger, fuscus. pl. masc. præf. הַשְּׁחֹרִים nigri. שִׁחוֹר, שִׁחֹר Nilus, Sichor. nom. prop. fluvii Aegypti.

שְׁחֹרָה foe. nigra, obscura, fusca. pl. foe. שְׁחֹרוֹת nigræ.

שַׁחְרָהּ aurora ejus. Isa. 47. 11. nom. f. שַׁחַר aff.

שַׁחֲרוּת foe. juventus, juventa. præf. Eccl. 11. 10. כִּי הַיַּלְדוּת וְהַשַּׁחֲרוּת הָבֶל quia adolescentia, & juventus vanitas.

שְׁחַרְחֹרֶת foe. nigra, subnigra, fusca valdè.

שִׁחֵת Pih. corrupit, perdidit, peremit, interſecit, delevit, diſperdidit, perditè, perperàm egit. præt. 3. ſ. m. aff. שִׁחֲתָהּ , שִׁחֶתְךָ perdidit eam, te. 2. ſ. m. שִׁחַתָּ corrupiſti. pl. 2. m. שִׁחַתֶּם perditis. 3. pl. שִׁחֲתוּ corruperunt. inf. præf. בְּשַׁחֵת in perdendo. לְשַׁחֵת ad perdendum. aff. לְשַׁחֶתְכֶם ad perdendum eam, vos. לְשַׁחֲתָהּ מִשַּׁחֲתָם à perdere eos. imp. plur. maſc. שַׁחֵתוּ perdite. Niph. præt. נִשְׁחַת corruptus, perditus eſt. præt. 3. ſ. f. נִשְׁחֲתָה corrupta erat. part. pl. f. præf. הַנִּשְׁחָתוֹת corruptæ. fut. 2. ſ. m. 3. f. תִּשָּׁחֵת perdetur. Hiph. præt. הִשְׁחִית corrupit, perdidit: ſine accuſat. perditè egit. præt. 1. ſ. הִשְׁחַתִּי diſperdidi. part. ſ. m. præf. לְמַשְׁחִית in perdentem. inf. præf. מֵהַשְׁחִית à perdendo. fut. 1. ſ. aff. אַשְׁחִיתֵם אַשְׁחִיתֶךָ perdam te, eos: plur. 1. cum ה parag. נַשְׁחִיתָה perdamus. 2. pl. m. cum ן parag. תַּשְׁחִתוּן corruptè agatis. Hoph. part. ſ. m. מָשְׁחָת corruptus: ta.

שִׁחַתָּ corrupiſti. pih. præt. 2. ſ. m.

שִׁחֲתָהּ corrupit eam. præt. 3. ſ. m. aff.

שַׁחֲתָהּ perdere eam. præf.

לְשַׁחֲתָהּ ad perdendum eam. inf. præt. aff.

שִׁחֶתְךָ perdidit te. pih. præt. 3. ſ. m. aff.

לְשַׁחֶתְכֶם ad perdendum vos: inf. præf. aff.

שַׁחַת foe. corruptio. Pſ. 16. 10. fovea, laqueus, ſepulchrum, exitium, rete. præf. aff. בְּשַׁחְתָּם in reti eorum.

שִׁחַתֶּם perdidiſtis. pih. præt. 2. pl. maſc.

ש ט

שָׂט declinans. pl. conſt. שָׂטֵי declinantes. kal. part. ben. ſ. & pl. m. R. שׂוּט declinare.

שָׁט m. remex, qui remos agit. plur. præf. הַשָּׁטִים remiges. R. שׁוּט circuire.

שִׁטָּה foe. cedrus lectiſſima, & optima; aliis ſpina, aut picea. Sitthah. pl. שִׁטִּים cedri, Sittim.

שָׂטָה declinavit, divertit, deflexit, defecit. kal. præt. 2. ſ. foe. שָׂטִית declinaſti. imp. ſ. m. שְׂטֵה declina. fut. 3. ſ. m. per apoc. יֵשְׂטְ declinat. 3. ſ. foe. תֵּשְׂטְ declinabit.

שָׁטוּ ibant, circuibant. kal. præt. 3. p. R. שׁוּט declinare.

שֶׁטּוֹב quod bonum. nom. ſ. maſc. cum relat. שֶׁ præf. R. טוֹב bonum eſſe.

שָׁטוֹחַ expandere, expandendo. kal. inf. R. שָׁטַח expandit.

שָׁטַח expandit, extendit, dilatavit, expoſuit in latitudinem, diſtendit. kal. præt. 3. pl. aff. וּשְׁטָחוּם & ex-

expandent ea: part. ben. f. m. שֹׁטֵחַ expandens. inf. שָׁטוֹחַ expandere, fut. 3. f. foe. תִּשְׁטַח expandet. pl. 3. m. יִשְׁטְחוּ expandent. pih. præt. 1. f. שִׁטַּחְתִּי expandi.

שׁוֹטֵט , שׁוֹטֵט Pih, circuivit frequentèr, pervagatus est, lustravit. part. plur. m. & foe. מְשֹׁטְטִים & מְשֹׁטְטוֹת discurrentes. fut. 3. pl. m. יְשֹׁטְטוּ percurrent. R. שׁוּט circuire.

שֹׁטֵט m. flagellum, scutica. præf. וּלְשֹׁטֵט בְּצִדֵּיכֶם & in flagellum lateribus vestris. Jos. 23. 13.

שׁוֹטְטוּ discurrite, percurrite. pih. imp. pl. m.

שָׂטֵי declinantes. kal. part. ben. pl. m. const. R. שׂוּט declinare.

שֵׂטִים , סֵטִים deflexi, declinantes: & substant: deflexiones. pl. m. R. שָׂטָה declinavit.

שִׁטִּים pl. m. cedri lectissimæ. Sittim. nom. pl. à f. R. שִׁטָּה cedrus.

שָׁטִים pl. m. Remiges, remigantes, itantes, discursantes. præf. הַשָּׁטִים remiges. à f. שָׁט remex. R. שׁוּט circuire.

שָׂטִית declinasti. kal. præt. 2. f. f. R. שָׂטָה declinavit.

שָׂטַם odit, odio habuit, seu prosecutus est, adversatus est, inimicus fuit, inimicatus est, inimicum habuit, infensus, infestus fuit, hostilitèr

cum aliquo egit, infestavit: construitur eum accusat: kal. fut. 2. f. m. aff. תִּשְׂטְמֵנִי odis me. 3. f. m. וַיִּשְׂטֹם & oderat. aff. יִשְׂטְמֵנִי odio habuit me. pl. 3. m. aff. יִשְׂטְמֻהוּ . יִשְׂטְמוּנִי odio persequentur eum, me.

שָׂטַן adversatus est, odio habuit, adversarius fuit, Satanico modo sese alicui opposuit: idem est eum præcedenti, unde & eadem est constructio, kal. part. ben. plur. masc. const. aff. שֹׂטְנַי , שֹׂטְנִי adversarii mei. inf. præf. aff. לְשִׂטְנוֹ ad adversandum ei. fut. pl. 3. m. aff. יִשְׂטְנוּנִי adversantur mihi.

שָׂטָן m. Satan, adversarius, inimicus, spiritus malus, infestus, accusator, eriminator; quod nomen homini, & Diabolo tribuitur. præf. הַשָּׂטָן Satan לְשָׂטָן in adversarium.

שִׂטְנָה foe. odium, inimicitia, adversatio, infestatio, accusatio, criminatio: & sic ab eventu vocatur puteus ille de quo Gen. 26. 21. Sithnah nom. pr.

שָׁטַף exundavit, præceps fuit, inundavit, immersit, immergendo abluit, abundavit aquis: & cum accusat: obruit aliquem undis ingentibus, lavit in aquis plurimis. kal. præt. 3. f. f. aff. ה mutato in ת sic שְׁטָפַתְנִי inundavit me. plur. 3. aff. שְׁטָפוּנוּ inundárunt nos. part. ben.

שֵׂיבָתִי ; שֵׂיבָתוֹ canicies ejus, mea. nom. f. שֵׂיבָה conſt. R. שׂוּב caneſcere.

שִׁיבַת foe. reſidentia, ſeſſio. aff. præf. בְּשִׁיבָתוֹ in reſidentiâ ejus. nom. f. שִׁיבָה conſt. Rad. יָשַׁב ſedit.

שִׂיג m. aſſecutio, occupatio, inſectatio, inſecutio, apprehenſio. R. נָשַׂג aſſecutus eſt.

שִׂיד m. calx, favilla cujus uſus eſt in incruſtandis parietibus. præf. לַשִּׂיד ad calcem. Rad. שׂוּד linire.

שֶׁיְּדֻבַּר quo ſermo fiet. Cant. 8. 8. puh. fut. 3. f. m. cum relat. שֶׁ præf. R. דָּבַר locutus eſt.

שֶׁיְּהוָה cujus dominus. nom. f. m. cum relat. שֶׁ. præf. R. הָוָה fuit.

שֶׁיִּהְיֶה qui erit. שֶׁיִּהְיוּ qui erunt. kal. fut. 3. f. & pl. m. cum relat. שֶׁ præf. R. הָיָה fuit.

שֵׂיְהוּ pecus ſuum. nom. f. m. R. שֶׂה pecus. aff. cum jod loco ה.

שֵׂיוֹ pecus ſuum. Deut. 22. 1. à præced.

שֶׁיּוֹלֵךְ quod deferat. Hiph. fut. 3. f. m. cum relat. שֶׁ præf. R. הָלַךְ vel יָלַךְ ivit.

שֶׁיּוֹצֵא qui egreditur. kal. fut. 3. f. m. cum שֶׁ relat. præf. Rad. יָצָא egreſſus eſt.

שֶׁיּוֹרֵד qui deſcendit. שֶׁיֵּרֵד kal. fut. 3. f. m. cum relat. שֶׁ præf. R. יָרַד deſcendit.

שִׁיזָא Siza. nom. pr.

שֵׁיזִב Chal. pah. liberavit, eripuit. part. f. m. מְשֵׁיזִב liberans. לְשֵׁיזָבוּתָךְ, לְשֵׁיזָבוּתֵהּ ad liberandum eum, te. pah. inf. præf. aff.

שֶׁיָּזֻעוּ quâ vel quo movebunt ſe. kal. fut. 3. pl. m. cum relat: שֶׁ præf. R. זוּעַ movere ſe.

שִׂיחַ m. ſtirps, frutex, arbuſtum, herba, arbor. plur. m. præf. הַשִּׂיחִים arbuſta.

שִׂיחַ colloquere שִׂיחוּ colloquimini. Hiph. imp. m. f. & pl. R. שׂוּחַ meditari לָשׂוּחַ ad meditandum. Prov. 19. 14. inf. præf.

שִׂיחַ m. ſermo, locutio, meditatio, oratio, colloquium, querimonia, querela, querula oratio, occupatio, negotium, opus, ſtrepitus verborum. præf. aff. בְּשִׂיחִי in ſermone meo. שִׂיחוֹ, שִׂיחִי eloquium ejus, meum.

שִׂיחָה שִׂיחַת foe. meditatio, precatio, muſſitatio.

שִׁיחַת foe. fovea. pl. שִׁיחוֹת foveæ. Jer. 18. 22. Rad. שׁוּחַ inclinari.

שִׁיחֹר, שִׁיחוֹר m. Scichor, Nilus Aegypti fluvius. præf. מִן־הַשִּׁיחוֹר à Scichor. Rad. שָׁחַר denigratus eſt.

שִׁיחוֹת foe. foveæ. nom. plur. a f.

שִׂיחָה Rad. שׂוּחַ inclinari.

שִׂיחִי, שִׂחִי sermo meus. præf.

בְּשִׂיחִי in eloquio meo, in meditatione meâ. nom. f. שִׂיחָה aff. R. שׂוּחַ eloqui.

שֶׁיּוֹחִיל ut expectet. Hiph. fut. 3. f. m. cum relat. שֶׁ præf. Rad. חוּל dolere.

שֶׁיְּחָנֵּנוּ qui gratiam faciet nobis. pih. fut. 3. f. m. aff. cum relat. שֶׁ præf. R. חָנַן gratiosus fuit.

שִׂיחָתִי meditatio mea. Pf. 119. 97. nom. f. שִׂיחָה const. aff. R. שׂוּחַ meditari.

שַׁיִט m. remus, impetus. Isa. 33. 21.

אֳנִי־שַׁיִט navis remi: ideſt impulſa remis. R. שׁוּט circuire.

שִׁיל m. ſecundina: metonymicè filius, partus. R. שָׁלָה quievit.

שִׁילֹה m. Sciloh: metonym: filius, foetus: aliqui exiſtimant in hâc voce שִׁילֹה, ה eſſe affixum loco ו. quod eſſet pro שִׁילוֹ filius ejus. Gen. 49. 10. עַד־כִּי יָבֹא שִׁילֹה donec veniat Sciloh, vel filius ejus: Chaldæa paraphraſis habet מְשִׁיחָא Meſſia, ſicut & paraphraſis Onkeli, Jonathanis, & Hieroſolymitana, in quibus legitur pro שִׁילֹה Rex Meſſias.

שִׁילֹה Sciloh, vel Scilus, Scilunthis, nomen oppidi in tribu Ephraim. Joſ. 18. 9. 1. Reg. 1. 3. Pf. 78. 60.

שֶׁיּוֹלִךְ quod deferat. Hiph. fut. 3. f. m. cum relat. שֶׁ præf. Rad. יָלַךְ ivit.

שִׂים שִׂמִי pone. שִׂים pone. Hiph. imp. f. m. שִׂים Chal. propoſitus. peh. part. præt. שִׂימוּ Chal. ponite. peh. imp. pl. m. R. שׂוּם ponere.

שִׂימָה pone, ponito. aff. שִׂימָה pone illud. Hiph. imp. f. m. cum ה parag. & aff.

שִׂימַת foe. poſitio, repoſitio, conſtitutum, vel poſita: quaſi part. pah. conjug. kal. f. foe. ת pro ה.

שִׂמוּ, שִׂימוּ ponite, diſponite. Hiph. imp. pl. m.

שִׂימֵנִי pone me. Hiph. imp. f. m. aff.

שֶׁיָּמֻתוּ quòd morientur. kal fut. 3. pl. m. cum relat. שֶׁ præf. R. מוּת mori.

שֵׁינַיִם maſc. plur. urinæ. aff. שֵׁינֵיהֶם urinæ ſuæ: pro eâ voce honeſtatis causâ Hebræi ſolent legere מֵימֵי רַגְלֵיהֶם aquæ pedum ſuorum, ſicut & pro חוֹרֵיהֶם foramina ſua, legunt צֹאָתָם ſordes ſuæ.

שֶׁיַּעֲמֹל, שֶׁיַּעֲמוֹל quem laborabit. kal. fut. 3. f. m. cum relat. שֶׁ præf. R. עָמַל laboravit.

שֶׁיֵּעָשֶׂה quod fiet. Niph. fut. 3. f. m. cum relat. שֶׁ præf. R. עָשָׂה fecit.

שיפוח

שֶׁיָּפוּחַ quod aſpiret. kal. fut. 3. ſ. m. cum relat. שׁ præſ. *R.* פּוּחַ aſpirare.

שֶׁיִּפֹּל, שֶׁיִּפּוֹל qui vel quo ceciderit. kal. fut. 3. ſ. m. cum præſ. relat. שׁ *R.* נָפַל cecidit.

שֶׁיֹּצֵא qui egreditur. kal. part. ben. ſ. m. vel fut. 3. ſ. cum שׁ relat. præſ. *R.* יָצָא exivit.

שֵׁיצִיא, שֵׁיצִיא Chal. perfectus, conſummatus, finitus eſt: Aph. præt.

לְ-שִׁיר ad canendum. Hiph. inf. præſ. R. שׁוּר canere.

שִׁיר m. cantus, canticum, cantio, cantilena, carmen. præſ. הַשִּׁיר canticum. בְּ בַּשִּׁיר in cantu. aff.

שִׁירוֹ, שִׁירֹה canticum ejus. præſ. מִשִּׁירִי cantus meus. plur. præſ. הַשִּׁירִים cantica. בְּשִׁירִים in canticis. aff. שִׁירֶיךָ, שִׁירֵיכֶם cantica vestra.

שֶׁיִּירְאוּ, שֶׁיִּרְאוּ ut timeant. kal. fut. 3. pl. m. cum relat. שׁ præſ. Rad. יָרֵא timuit.

שֶׁיֹּרֵד qui deſcendens. kal. part. ben. ſ. m. cum relat. שׁ præſ. Rad. יָרַד deſcendit.

שִׁירֹה canticum ejus. Pſ. 42. 9. nom. ſ. m. שִׁיר aff. ה pro ו R. שׁוּר canere.

שִׁירַת, שִׁירָה foe. cantus, cantio, canticum. præſ. הַשִּׁירָה canticum. כְּשִׁירַת ſicut canticum. pl. שִׁירוֹת cantica.

שִׁירוּ canticum ejus. nom. ſ. maſc. aff. שִׁירוּ cantate, canite. Hiph. imp. plur. maſc.

שִׁירוֹת pl. foe. cantus, cantica, cantiones. a ſ. שִׁירָה.

שֵׁירוֹת pl. foe. catenulæ, armillæ, torques. præſ. וְהַשֵּׁירוֹת & catenulæ.

שִׁירִים plur. m. cantica, cantiones, cantus. præſ. הַשִּׁירִים cantica. præſ. בְּשִׁרִים, בַּשִּׁרִים, בְּשִׁירִים in canticis. aff. שִׁירֵיכֶם, שִׁירֶיךָ, שִׁירֶיךָ cantica tua, veſtra. a ſ. m. שִׁיר R. שׁוּר canere.

שִׁירַת foe. cantus, cantio, canticum. nom. ſ. שִׁירָה conſtr.

שֶׁיֵּשׁ quod eſt: compoſitum ex relat. שׁ præt. & imperſon: יֵשׁ eſt.

שַׁיִשׁ m. marmor candidiſſimum. conſt. שֵׁשׁ lapis parius. Eſth. 1. 6. שִׁישָׁא Siſa. nom. pr.

שִׁישׂוּ gaudete. Hiph. imp. pl. m. R. שׂוּשׂ gaudere.

שִׂישִׂי gaude, lætare. Hiph. imp. ſ. foe.

שֶׁיְּשַׁלֵּם qui rependet. pih. fut. 3. ſ. m. cum relat. שׁ præſ. R. שָׁלַם perfecit.

שִׁישַׁק, שׁוּשַׁק Siſach. nom. prop.

שַׁיִת m. vepres, vepretum, ſpi-

ſpina, ſpinetum. præf. לַשִּׁית in vepres. aff. שִׁיתוֹ vepres ejus.

שִׁית ponere, ponendo. præf. לָשִׁית ad ponendum. Hiph. inf. R. שׁוּת ponere. שִׁית pone, appone. imp. ſin. maſc.

שִׁית m. ornatus, ornamentum, veſtitus, ſchema, mundus, appoſitio veſtis. Pſ. 73. 6. יַעֲטָף־שִׁית חָמָס לָמוֹ amicit mundus, ornamentum malitiæ eos.

שִׁיתָה appone, ponito. Hiph. imp. ſ. m. cum ה parag.

שִׁיתוּ apponite. Hiph. imp. plur. maſcul.

שִׁתִי, שִׁיתִי pone, appone. Hiph. imp. ſ. ſoe.

שִׁיתֵמוֹ pone eos. Hiph. imp. ſ. maſc. aff.

ש כ

שָׂךְ obſepiens, circumſepiens. kal. part. ben. ſ. m. R. שׂוּךְ ſepire.

כְּשַׁךְ, כְּשֹׁךְ ſecundum remitti, ſedari, ponere, quùm reſediſſet. kal. inf. præf. R. שָׁכַךְ reſedit.

שָׁכַב cubuit, accubuit, jacuit, requievit, dormivit, mortuus eſt, recubuit, decubuit, procubuit, concubuit, occubuit, coivit: conſtruitur cum variis propoſitionibus. אֵצֶל, אֶת, עַל, עִם, ל, ב cum accuſat: eſt tranſitivum, & ſignificat concumbere, vitiare concumbendo. kal. præt. 3. ſ. ſoe. שָׁכְבָה recubuit. 2. ſ. maſc. שָׁכַבְתָּ 2. ſ. foe. cum jod parag. ſeu abundante. שָׁכַבְתְּי cubuiſti. Ruth. 3. 4. 1. ſ. שָׁכַבְתִּי cubavi. plur. 3. שָׁכְבוּ cubuerunt. 2. m. שְׁכַבְתֶּם cubuiſtis. part. ben. ſ. maſc. præf. הַשֹּׁכֵב cubans. כְּשֹׁכֵב ſicut jacens. pl. præf. m. הַשֹּׁכְבִים conſt. שֹׁכְבֵי cubantes. foe. ſ. præf. מִשֹּׁכֶבֶת à cubante. inf. שָׁכוֹב concumbendo. præf. כִּשְׁכַּב juxtà accumbere. לִשְׁכַּב ad concumbendum. aff. בְּשָׁכְבוֹ, בְּשִׁכְבָהּ in cubare eam, eum. imp. ſ. m. שְׁכַב & cum ה parag. שִׁכְבָה concumbe. foe. ſ. שִׁכְבִי cuba, concumbe. fut. 1. ſ. אֶשְׁכַּב & cum ה parag. אֶשְׁכְּבָה cubabo. 2. ſ. m. 3. f. תִּשְׁכַּב jacebis, bit. 3. ſ. m. יִשְׁכַּב cubabit. pl. 1. cum ה parag. נִשְׁכְּבָה jacebimus. 2. pl. m. cum ן parag. תִּשְׁכָּבוּן jacebitis. 3. plur. maſc. cum ן parag. יִשְׁכְּבֻן יִשְׁכָּבוּן, יִשְׁכָּבוּ concumbent. Niph. fut. 2. & 3. foe. pl. תִּשָּׁכַבְנָה violabuntur, ſubigentur, pro quo legitur תִּשָּׁגַלְנָה. Hiph. præt. הִשְׁכִּיב jacere, vel cubare fecit, collocavit, depoſuit, dejecit, proſtravit, fecit recumbere. præt. 3. ſ. ſoe. הִשְׁכִּיבָה collocavit. 1. ſ. aff. הִשְׁכַּבְתִּים feci cubare eos. inf. הַשְׁכֵּב faciendo jacere. fut. 3. ſ. m. יַשְׁכִּיב aff. יַשְׁכִּבֵהוּ

de-

decumbere faciet eum, 2. f. m. 3. f. aff. תַּשְׁכִּבֵהוּ fecit, jussit cubare eum. plur, 3. m. aff, יַשְׁכִּיבֻהוּ decumbere facient eos. Hoph. præt. הָשְׁכַּב prostratus fuit, part. f. m. מָשְׁכָּב collocatus. inf. cum ה parag. הָשְׁכְּבָה projici, prosterni. Ezec. 32. 19.

שָׁכְבָה cubuit, jacuit. kal. præt. 3. f. foe. שִׁכְבָה concumbe, cuba. kal. imp. f. m. cum ה parag. בְּשִׁכְבוֹ

בְּשָׁכְבָהּ in cubare eam, eum. kal. inf. aff. præf.

שְׁכָבָה, שִׁכְבָה, שִׁכְבַת foe. cubatio, cubatus, stratum, accubitus, decubitus.

שִׁכְבִי cuba, jace. kal. imp. f. f.

שֶׁכְּבָר qui jam: composit: ex relat: ש præf. & כְּבָר jam, adverb.

שֹׁכֶבֶת jacens, recubans, præf.

מִשֹּׁכֶבֶת à cubante, kal. part. ben. f. foe. R. שָׁכַב cubuit.

שְׁכֹבֶת foe. concubitus, coitus, cubatio, cubatus. aff. שְׁכָבְתְּךָ, שְׁכָבְתּוֹ concubitus tuus, ejus.

שִׁכְבַת foe. cubatio, cubatus, stratum, descensio, effusio roris: constr: a שְׁכָבָה.

שָׁכַבְתִּי cubavi, jacui, occubui. kal. præt. 1. f. שָׁכַבְתְּ, cubes, jaceas, jacuisti, Ruth. 3, 4. kal. præt. 2. f. foe. cum jod parag: seu abundante.

שְׂכָה aspexit, prospexit, perspexit, Chaldaicum est: paravit ingeniosè, effecit opus industrium, fabricavit ex industriâ singulari: ad animum verò relatum, significat imaginari, cogitare. Sochoh. nompr.

שֻׂכּוֹ sepes sua, vel tugurium, tabernaculum suum. nom. f. m. aff. a f. שׂוֹךְ sepes vel סוֹךְ tugurium ס mutato in שׂ. R. שׂוּךְ obsepire.

שְׁכוֹב concumbendo. kal. inf. Rad. שָׁכַב cubuit.

שְׁכוֹחַ obliviscendo. kal. inf. R. שָׁכַח oblitus est.

שֶׂכְוִי m. cor, intellectus, mens, vasculum; vas renum: Rabbinis quibusdam est gallus. Job. 38. 36. מִי נָתַן לַשֶּׂכְוִי בִינָה quis dedit cordi intelligentiam? vel quis dedit gallo intelligentiam? ut de mediâ nocte excitet hominem ad laudandum Deum. R. שָׂכָה aspexit.

שַׁכּוּל orbatus, orbus liberis, vel catulis. שְׁכוּלָה orbata, orba. kal. part. pah. f. m. & foe. R. שָׁכֹל orbavit.

שְׁכוֹל m. orbitas, sterilitas.

שִׁכֻּלִים pl. m. orbitates, sterilitates, aff. בְּנֵי שִׁכֻּלָיִךְ filii orbitatum tuarum, vel sterilitatis tuæ. Isa. 49. 20.

הַ־שֹּׁכְנֵי habitatores. kal. part. pah. pl. m. const. præf. R. שָׁכַן habitavit.

שָׂכוּר mercede conductus. kal. part. pah.

pah. f.m. שַׁכּוֹר mereede conducere. præf. לִשְׂכּוֹר ad mercede conducendum. kal. inf. R. שָׂכַר mercede conduxit.

שִׁכֹּר ׳ שִׁכּוֹר m. ebrius, ebriofus, temulentus. præf. כְּשִׁכּוֹר ficut ebrius. foe. f. שִׁכּוֹרָה ebria, inebriata. præf. לְשִׁכּוֹרָה pro ebriâ. plur. m. שִׁכּוֹרֵי שִׁכּוֹרִים ebrii. R. שָׁכַר inebriavit. שִׁכֹּרַת ebria, inebriata. kal. part. pab. f. foe. conft.

שֻׂכּוֹת pl. foe: tuguria, tabernacula a f. סֻכָּה mutato ס in ש R. סָכַךְ texit.

שֻׂכּוֹת pl. foe. cultri, fpinæ, vepres, hami, pali præacuti. Job. 40. 26. בְּשֻׂכּוֹת cultris. Rad. שׂוּךְ obfepire.

שְׁכַח Chal. invenit; reperit: ithpeh. præt. 3. f. m. הִשְׁתְּכַח inventum eft.

שָׁכַח oblitus eft, oblivioni tradidit: eft neglectus, feu negligentiæ verbum: conftruitur abfolutè, & cum accufat: kal. præt. 3. f. mafc. præf. הֲשָׁכַח an oblitus? aff. שְׁכֵחָנִי oblitus eft mei. 2. f.m. aff. שְׁכַחְתַּנִי oblitus es mei. 2. f. foe. שָׁכַחַתְּ oblita es. 1. f. שָׁכַחְתִּי oblitus fum. pl. 3. aff. שְׁכֵחָנִי ׳ שְׁכֵחוּנִי ׳ שְׁכֵחוּךָ שָׁכְחוּ obliti funt tui, mei. 2. pl. m. cum ה interrog: הֲשְׁכַחְתֶּם an obliti eftis? 1. pl. aff. שְׁכַחֲנוּךָ obliti fumus tui. part. ben. m. pl. conft. שֹׁכְחֵי oblivifcentes. inf. שָׁכוֹחַ oblivifci. imp. f. foe. שִׁכְחִי oblivifcere. fut. 1. f. cum ה parag: & aff. אֶשְׁכָּחֵךְ אֶשְׁכְּחָה oblivifcar tui. 2. f. m. 3. f. תִּשְׁכַּח aff. תִּשְׁכָּחֵנִי oblivifceris mei. 2. f. foe. תִּשְׁכְּחִי oblivifcéris. 3. f. m. aff. יִשְׁכָּחֵהוּ oblivifcetur ejus. 3. f. f. cum ה interrog. הֲתִשְׁכַּח an oblivifcetur? pl. 2. m. תִּשְׁכְּחוּ oblivifcamini. 2. & 3. foe. תִּשְׁכַּחְנָה oblivifcantur. & 3. m. יִשְׁכְּחוּ oblivifcentur. Niph. præt. נִשְׁכַּח oblivioni traditus eft. præt. 1. f. נִשְׁכַּחְתִּי oblivioni traditus fum. pl. 3. נִשְׁכְּחוּ oblivioni funt traditi. part. plur. m. præf. הַנִּשְׁכָּחִים oblivioni traditi. foe. f. נִשְׁכַּחַת ׳ נִשְׁכָּחָה oblivioni tradita. fut. 2. f. m. 3. f. תִּשָּׁכֵחַ יִשָּׁכַח ׳ יִשָּׁכֵחַ 3. f. m. תִּשָּׁכַח oblivioni tradetur. pih. præt. שִׁכַּח oblitus eft omninò. Hiph. præt. הִשְׁכִּיחַ oblivifci fecit. inf. præf. לְהַשְׁכִּיחַ ad faciendum oblivifci. Hithp. fut. 3. pl. m. יִשְׁתַּכְּחוּ oblivioni tradentur.

שָׁכֵחַ m. oblivifcens, oblitus, obliviofus: plur. conft. & præf. שְׁכֵחֵי הַשְּׁכֵחִים obliviofi.

שָׁכֵחָה oblita eft. kal. præt. 3. fin. foe.

שִׁכְחִי oblivifcere. kal. imp. f. f. שֹׁכְחֵי oblivifcentes. kal. part. ben. pl. m.

שכחני

שְׁכֵחוּנִי oblitus est mei. שְׁכֵחֻנִי obliti sunt mei. kal. præt. 3. f. & pl. m. aff.

שְׂכִיָּה foe. imago, effigies, pictura, figura, imaginatio, effictio, vas ingeniosum, apparatus industrius: unde שְׂכִיּוֹת plur. foe. picturæ, imagines, Isa. 2. 16. שְׂכִיּוֹת הַחֶמְדָּה picturæ desiderii, id est desiderabiles, imagines desideratæ. R. שָׂכָה aspexit.

שִׂכִּים pl. m. vepres, spinæ, cultri. præf. לְשִׂכִּים in cultros, in vepres, clavos, palos. R. שׂוּךְ obsepire.

שַׂכִּין m. culter, cultellus, Chaldaicum est. Prov. 23. 2. וְשַׂמְתָּ שַׂכִּין בְּלֹעֶךָ & pones cultellum in guttur tuum. Rabbini per ס efferunt sic. סַכִּין בְּיַד שׁוֹטֶה סַכָּנָה cultellus in manu stulti, periculum est.

שְׁכֵנַיִךְ vicini tui. kal. part. ben. pl. m. aff. R. שָׁכַן mansit.

שָׂכִיר m. mercenarius, mercede conductus, operarius. præf. כְּשָׂכִיר sicut mercenarius, & כִּשְׂכִיר aff. לִשְׂכִירְךָ mercenario tuo. plur. aff. שְׂכִרָיהָ, שְׂכִירֶיהָ mercenarii ejus. R. שָׂכַר mercede conduxit. שְׂכִירָה foe. הַשְּׂכִירָה mercenaria, mercede conducta.

שָׁכַךְ quievit, resedit; remissus, sedatus, positus est, posuit se, remisit, quietus redditus est: item posuit, tendit laqueos, vel retia. kal. præt. 3. f. f. שָׁכָכָה sedatus est. inf. præf. Jer. 5. 26. כְּשַׁךְ יְקוּשִׁים quemadmodum desidunt, seu demittunt se aucupes. Esth. 1. 2. כְּשֹׁךְ חֲמַת הַמֶּלֶךְ quum resedisset ira regis. fut. 3. pl. m. וַיָּשֹׁכּוּ sedati sunt. Hiph. præt. 1. f. Num. 17. 5. vel 20. וַהֲשִׁכֹּתִי מֵעָלַי אֶת־תְּלֻנּוֹת & quiescere feci, vel sedavi desuper me murmurationes.

סָכַךְ. שָׂכַךְ operuit, texit, contexit, protexit. kal. præt. 1. f. וְשַׂכֹּתִי כַפִּי עָלֶיךָ & obtegam super te manu mea. Exod. 33. 22. pih. fut. 2. f. m. 3. f. aff. תְּשׂכְּכֵנִי contexisti me.

שָׁכְכָה, שָׁכָכָה sedata est: posuit se. kal. præt. 3. f. foe. R. שָׁכַךְ resedit.

שֶׁכָּכָה quod sic, cui ita: composi ex relat: שֶׁ præf. & כָּךְ sic.

שָׂכַל fecundatus, prosperatus est, solers fuit, industria polluit, calluit, callidus fuit, consideratè egit, industrius, seu prudens fuit. pih. præt. שִׂכֵּל intelligere fecit, intelligenter egit. Gen. 48. 15. שִׂכֵּל אֶת־יָדָיו intelligere fecit, vel scitè, consultò manus suas aptavit, direxit prudenter. Hiph. הִשְׂכִּיל intellexit, intelligentiam habuit, adhibuit, vel consecutus est, imbutus est intelligentià,

intelligens factus fuit, attendit, animadvertit, animum advertit: & activè, intelligentiâ imbuit, erudiit, informavit: item ſecundatus, proſperatus fuit: & activè, ſecundavit, callidè, & conſideratè fecit. præt. 1. ſ. הִשְׂכַּלְתִּי intelligens fio. 3. plur. הִשְׂכִּילוּ intellexerunt.

שֵׂכֶל, שֶׂכֶל m. intellectus, intelligentia, prudentia, ſolertia, calliditas, induſtria, ſecundatio, ſucceſſus, ingenium, attentio, mens, mentis adverſio, intentio. præf. Eccl. 10. 7. הַשֵּׂכֶל intellectus. בְּשֵׂכֶל cum intellectu. מִשֶּׂכֶל ab intellectu. לְשֵׂכֶל intelligentiæ. aff. שִׂכְלוֹ intellectus ſuus,

שָׁכַל orbatus eſt, orbus fuit, privatus eſt liberis. kal. præt. 1. ſ. Gen. 43. 14. כַּאֲשֶׁר שָׁכוֹלְתִּי שָׁכָלְתִּי quemadmodum orbatus ſum, orbatus ſum. pih. præt. שִׁכֵּל orbavit. præt. 3. ſ. f. שִׁכְּלָה & mutato ה in ת שִׁכְּלָתָה orbavit. 1. ſ. aff. וְשִׁכַּלְתִּים & orbabo eos. pl. 3. שִׁכְּלוּ aff. וְשִׁכְּלֻךְ & orbabunt te. 2. m. שִׁכַּלְתֶּם orbaſtis. part. ſ. foe. מְשַׁכֶּלֶת, מְשַׁכֵּלָה abortiens, orbans. inf. aff. præf. לְשַׁכְּלָם orbare eos. fut. 2. ſ. m. 3. ſ. תְּשַׁכֵּל orbabit, abortiet. 2. f. ſ. תְּשַׁכְּלִי orbabis. Hiph. part. ſ. m. כְּגִבּוֹר מַשְׂכִּיל ſicut potens orbans. Jer. 50. 9. רֶחֶם מַשְׁכִּיל uterus abortiens, orbans, ſeu faciens abortivum. Hoſ. 9, 14.

שַׁכֻּלָה foe. orbata, orba. pl. שַׁכֻּלוֹת orbæ. kal. part. pah. a ſ. m. שָׁכוּל orbus.

שִׂכְלוֹ intellectus ejus, ſuus. nom. ſ. m. שֶׂכֶל R. שָׂכַל proſperatus eſt.

שִׂכְלוּת foe. prudentia, calliditas, conſideratio, providentia juxtà quoſdam: item. Eccl. 1. 17. וְשִׂכְלוּת & ſtultitia, inſania, fatuitas, ſtoliditas. R. סָכַל inſanivit.

שִׂכָלִים pl. m. intelligentiæ, mentes Angelicæ: vox Rabbinica. Rad. שָׂכַל proſperatus eſt.

שִׁכְּלֻךְ orbaverunt te. pih. præt. 3. pl. aff. R. שָׁכַל orbatus eſt.

שַׁכְלֵל Chal. pah. perfecit, abſolvit. præt. 3. ſ. m. aff. שַׁכְלְלֵהּ perfecit eum. pl. 3. וְשׁוּרַיָּא שַׁכְלִלוּ & muros perficiunt. Eſd. 4. 12. inf. præf. לְשַׁכְלָלָה ad perficiendum. ithpah. fut. 3. pl. m. יִשְׁתַּכְלְלוּן perficiantur.

שֶׁכֻּלָּם quæ omnes ipſæ: vox compoſ: ex relat. שׁ, כֹּל omnes & ם ipſæ à pron: הוּא ipſe.

שִׁכְּלָתָה orbavit. pih. præt. 3. ſ. foe. ה mutato in ת. Rad. שָׁכַל orbatus eſt.

שִׁכַּלְתִּים orbavi eos. pih. præt. 1. ſ. aff. שִׁכַּלְתֶּם orbaviſtis. pih. 2. pl. maſcul.

שכלתנו

שְׂכָלְתָנוּ foe. chal. intelligentia.: per apocopam literæ הָ; Chaldæis frequentem. *R.* שָׂכַל intellexit.

שָׁכַם mane surrexit. Hiph. הִשְׁכִּים matutinavit, dilucidavit, manè surrexit, matutinus fuit, manè, maturè egit, prævertit, matutino tempore, maturè, aut diluculo paratus, aut expeditus fuit, paravit, vel expediit se: quandoque additur ipsi adverbium בֹּקֶר manè; quandoque etiam קוּם surgere: unde non significat propriè manè surgere. Hiph. præt. 2. pl. m. הִשְׁכַּמְתֶּם diluculò surgitis. 3. plur. הִשְׁכִּימוּ manè surrexerunt. part. f. m. מַשְׁכִּים matutinus. plur. const: מַשְׁכִּימֵי manè properantes. inf. הַשְׁכִּים, הַשְׁכֵּם manè surgendo. imp. f. m. הַשְׁכֵּם maturè surge: fut. 2. f. m. 3. foe. תַּשְׁכִּים surges. 3. f. m. יַשְׁכֵּם surget. pl. 1. cum ה parag. נַשְׁכִּימָה manè properemus. 3. m. יַשְׁכִּמוּ יַשְׁכִּימוּ manè properant.

שֶׁכֶם, שְׁכֶם mascul. humerus, dorsum. Gen. 9. 23. pars, portio. Gen. 48. 22. tumulus, agger. Ps. 21. 13. angulus. aff. שִׁכְמְךָ שִׁכְמִי, שִׁכְמָה humerus ejus, meus, tuus. præf. מִשִּׁכְמוֹ ab humero ejus.

שְׁכֶם m. Sichem viri Hevæi nomen filii Chamor, de quo Gen. 34. 2. item nomen oppidi.

שְׁכֶמָה versùs Sichem. nomen f. m. cum ה locali.

שִׁכְמָם humero suo. nom. f. m. aff. a f. שְׁכֶם humerus.

שָׁכֵן, שָׁכַן habitavit, mansit, inhabitavit, degit, resedit, commoratus est, cohabitavit: construitur absolutè cum accusat: & præp: עַל, עִם & בְּ. kal. præt. 3. f. foe. שָׁכְנָה habitavit. 2. f. m. & foe. שָׁכַנְתָּ, שָׁכַנְתְּ habitasti. 1. f. שָׁכַנְתִּי habitavi. pl. 3. שָׁכְנוּ habitárunt. part. ben. f. m. cum jod parag. שֹׁכְנִי habitans. præf. הַשֹּׁכֵן habitans. pl. m. præf. שֹׁכְנֵי, הַשֹּׁכְנִים, aff. שֹׁכְנֵיהֶם habitatores eorum. pah. part. pl. m. const. præf. הַשֹּׁכוּנֵי habitantes. inf. præf. לְ, בִּשְׁכֹּן ad habitandum. aff. לְשָׁכְנִי, לְשִׁכְנוֹ ad habitandum eum, me. imp. f. m. שְׁכֹן, שְׁכָךְ inhabita. pl. m. שִׁכְנוּ habitate. fut. 1. f. אֶשְׁכֹּן, אֶשְׁכָּךְ & cum ה parag. אֶשְׁכְּנָה, אֶשְׁכֹּנָה habitabo. 2. f. m. 3. f. תִּשְׁכֹּן, תִּשְׁכָּךְ habitabis. 3. f. m. יִשְׁכֹּן, יִשְׁכָּךְ habitabit. pl. 3. m. יִשְׁכְּנוּ, יִשְׁכֹּנוּ habitabunt. 2. & 3. f. תִּשְׁכֹּנָּה habitabunt. Pih. præt. שִׁכֵּן collocavit ad habitandum, habitare fecit, inhabitandum dedit. præt. 1. f. שִׁכַּנְתִּי habitare feci. inf. præf. לְשַׁכֵּן ad habitare faciendum. fut. 1. f. cum ה parag: אֲשַׁכְּנָה habitare faciam. Hiph. præt. הִשְׁכִּין habitare fecit, collocavit ad ha-

habitandum, procubuit, occubuit, residere fecit, remanere fecit, vel sivit. præt. 1. f. וְהִשְׁכַּנְתִּי & habitare faciam. fut. 2. f. m. 3. f. תַּשְׁכֵּן habitare facies. 3. f. m. יַשְׁכֵּן habitare faciet. pl. 3. m. יַשְׁכִּינוּ manere facient.

שָׁכֵן m. habitans, habitator, vicinus, cohabitator. aff. שְׁכֵנוֹ vicinus ejus. plur. m. conſt. aff. præf. לִשְׁכֵנַי לִשְׁכֵנֵינוּ vicinis meis, nostris. לִשְׁכֵנָיו ejus. שְׁכֵנֶיהָ vicini ejus.

שְׁכַן Chal. habitavit. fut. 3. plur. m. וּבְעַנְפוֹהִי יִשְׁכְּנָן & in ramis ejus habitabunt. Dan. 4. 18. שַׁכִּן fecit habitare.

הַשְּׁכֵנוֹת שְׁכֵנוֹת vicinæ. præf. vicinæ. plur. foe. à part. ben. kal. שְׁכֵנֶת.

שְׁכֵנִי habitans, habitator. kal. part. f. m. ben. cum jod superfluo.

שְׁכַנְיָה, שְׁכַנְיָהוּ Scecaniah. nom. pr.

שְׁכֵנַיִךְ, שְׁכֵנַיִךְ vicini tui. nom. pl. m. conſt. aff.

שְׁכֵנְתָּהּ & cum jod superfluo. שְׁכֵנֶת cohabitatrix, vicina. Jer. 51. 13. præf. aff. מִשְּׁכֶנְתָּהּ à vicinâ suâ. pl. præf. הַשְּׁכֵנוֹת vicinæ.

שֶׂכֶר m. clausura, excipulus, locus ubi includuntur aquæ. Rad. סָכַר clausit.

שָׂכַר mercede conduxit, locavit, mercatus est, mercedem dedit: construitur cum accusat: & cum עַל. præt. 3. f. m. aff. שְׂכָרוֹ mercede conduxit eum. 1. f. aff. שְׂכַרְתִּיךָ mercede te conduxi. part. ben. f. m. שֹׂכֵר mercedem dans. pl. m. שֹׂכְרִים mercede conducentes. pah. part. f. m. שָׂכוּר pretio conductus. inf. præf. לִשְׂכּוֹר ad mercede conducendum. fut. 3. f. m. יִשְׂכֹּר aff. יִשְׂכְּרֵנִי mercede me conduxit. pl. 3. m. יִשְׂכְּרוּ mercede conducent. Niph. præt. 3. pl. נִשְׂכָּרוּ conducti sunt mercede. Hithp. part. sin. masc. Hag. 1. 6. הַמִּשְׂתַּכֵּר מִשְׂתַּכֵּר אֶל צְרוֹר נָקוּב & qui mercede se locat, se locat mercede (ponendâ) in sacculo pertuso, seu perforato: vel & qui mercede conducitur, mercede meret ad sacculum pertusum.

שָׂכָר m. merces, lucrum, præmium pro labore. aff. שְׂכָרָהּ, שְׂכָרְךָ שְׂכָרֶךָ, שְׂכָרִי merces mea, tua, ejus. בִּשְׂכָרוֹ pro mercede suâ.

שֶׂכֶר m. merces, lucrum, pretium pro labore. שָׂכָר Sachar. 1. Paral. 11. 35.

שָׁכַר inebriatus est, ebrius temulentus fuit. kal. præt. pl. 3. שָׁכְרוּ inebriantur. part. pah. f. f. conſt. שְׁכֻרַת ebria. inf. præf. & cum ה parag. לְשָׁכְרָה ad inebriandum. imp. pl. m. שִׁכְרוּ inebriamini. fut. 2. f. foe. תִּשְׁכְּרִי inebriabis te. 3. f. m.

יִשְׁכָּר inebriabitur. pl. 3. m. יִשְׁכְּרוּן יִשְׁכְּרוּ inebriabuntur. pih. præt. שִׁכֵּר inebriavit. part. ben. f. foe. מְשַׁכֶּרֶת inebrians. inf. שַׁכֵּר inebriando. fut. 1. f. aff. אֲשַׁכְּרֵם inebriabo eos. 3. f. m. aff. וַיְשַׁכְּרֵהוּ & inebriavit eum. Hiph. præt. הִשְׁכִּיר inebriavit. præt. 1. f. aff. וְהִשְׁכַּרְתִּים & inebriabo eos. imp. plur. m. aff. הַשְׁכִּירֻהוּ inebriate eum. fut. 1. f. אַשְׁכִּיר inebriabo. Hithp. ebrium egit, fecit se ebrium, inebriavit se ipsum. fut. 2. f. foe. cum ן parag. תִּשְׁתַּכָּרִין inebriaberis.

שִׁכּוֹר, שִׁכֹּר m. ebrius, ebriosus, temulentus. præf. כַּשִּׁכּוֹר sicut ebrius. pl. שִׁכֹּרִים, שִׁכְּרֵי ebrii.

שֵׁכָר m. sechar, sicera, potus inebrians, inebriativum: omnis potio, quæ inebriare potest, sive ex frumento, seu pomorum succo, seu ex favis mellis, palmarum fructibus, aut coctis frugibus exprimatur: ità D. Hieronymus Epist: ad Nepotianum. præf. הַשֵּׁכָר sicera. לַשֵּׁכָר, בַּשֵּׁכָר in siceрâ.

שִׁכֹּרָה foe. ebria. præf. לְשִׁכֹּרָה pro ebriâ, à f. m. שִׁכֹּר ebrius.

שְׂכָרָהּ merces ejus. nom. f. m. שָׂכָר aff. R. שָׂכַר mercede conduxit.

שִׁכָּרוֹן m. ebrietas, ebriositas. præf. לְשִׁכָּרוֹן ad ebrietatem. R. שָׁכַר inebriatus est.

שִׁכְּרוֹנָה ad Sichron. nom. pr. cum ה loc.

שְׂכִירֶיהָ mercenarii ejus. plur. m. const. aff. à f. שָׂכִיר R. שָׂכַר mercede conduxit.

שִׁכֹּרַת foe. ebria, ebriosa, temulenta. kal. part. pah. f. f. const. à שְׁכֻרָה R. שָׁכַר inebriatus est.

שַׂכְתָּ obsepivisti. kal. præt. 2. f. m. R. שׂוּךְ obsepire.

שַׂכֹּתִי operui, texi. kal. præt. 1. f. R. שָׂכַךְ operuit, vel & est pro סַכֹּתִי obtexi. R. סָכַךְ texit.

ש ל

שֶׁל Rabbinis est articulus casûs genitivi: Hebraicè cum ב ab initio est proptèr, sic Eccles. 8. 17. בְּשֶׁל אֲשֶׁר יַעֲמֹל propter quod laborat homo. aff. בְּשֶׁלִּי propter me. בְּשֶׁלְּמִי propter quem. מִשֶּׁלָּנוּ ex nostris. Cant. 3. 7. מִטָּתוֹ שֶׁלִּשְׁלֹמֹה lectulus qui est Salomonis.

שֹׁל prædari, prædam dimittere. Ruth. 2. 17. וְגַם שֹׁל־תָּשֹׁלּוּ לָהּ מִן־הַצְּבָתִים & etiam dimittendo dimittetis ei de manipulis. kal. inf. R. שָׁלַל prædatus est.

שַׁל extrahe, solve. R. נָשַׁל extraxit. kal. imp. f. m.

שַׁל m. error, imprudentia, peccatio, securitas, temeritas. præf.

עַל־הַשַּׁל propter errorem, R. שָׁלָה quievit.

שֶׁלֹּא nè, ùt non: compositum ex relat. שׁ & partic: negativâ לא.

שַׁלְאֲנָן m. quietus, tranquilliſſimus. R. שַׁאֲנַן fuit tranquillus.

שְׁלַבִּים pl. m. gradus, ſcalæ metaph: prominentiæ gradatæ, junċturæ, tranſmiſſuræ, limbi, paxilli inſculpti aſſeribus, vel tabulis. præſ. הַשְּׁלַבִּים gradus.

שֶׁלֶג maſc. nix. præſ. הַשֶּׁלֶג nix. לַשֶּׁלֶג ſicut nix. בַּשֶּׁלֶג nivi. הַשֶּׁלֶג à nive. מִשֶּׁלֶג

שָׁלָה pacificus, quietus, tranquillus fuit, vacavit tranquillè, in otio, & quietè vixit: in hoc verbo ה 3. rad c: interdum in ו commutatur. kal. præt. r. ſ. שָׁלַוְתִּי fui pacificus, quievi. pl. 3. שָׁלוּ ſunt tranquilli. Inf. aff. præſ. בְּשַׁלְוִי in tranquillum me eſſe. fut. 3. pl. m. cum jod in medio pro 3. rad. ה, יִשְׁלָיוּ quieti erunt. Niph. præt. נִשְׁלָה erravit, obligatus eſt, torpuit, remiſſus eſt, vacans effectus eſt. fut. pl. 2. m. אַל־תִּשָּׁלוּ ne erretis. Hiph. præt. הִשְׁלָה errare fecit, fefellit, fecit vacare. fut. 2. ſ. maſc. 3. foe. תַּשְׁלֶה errare facias, fallas.

שְׁלֵה Chal. maſcul. tranquillus, quietus.

שָׁלָה foe. Chal. error. שֵׁלָה Selah fil. Jehudah. nom. pr.

שִׁילוֹ, שִׁלוֹ, שִׁלֹה m. Sciloh, filius, quibuſdam Meſſias.

שַׁלְהֶבֶת foe. flamma. שַׁלְהֶבֶתְיָה flamma Dei, id eſt, maxima, & vehementiſſima. Cant. 8. 6. Rad. לַהַב flamma.

שָׁלוּ tranquilli fuerunt. kal. præt. 3. pl. R. שָׁלָה quietus fuit.

שָׁלוּ foe. chal. error.

שָׁלֵו m. pacificus, tranquillus, quietus: ſalvus, felix, fortunatus. pl. conſt. שַׁלְוֵי tranquilli.

שְׂלָו foe. coturnix. præſ. הַשְּׂלָו coturnix. plur. maſc. שַׂלְוִים coturnices.

שְׁלֵוָה foe. tranquilla. nom. ſ. foe. à m. שָׁלֵו R. שָׁלָה quietus fuit.

שַׁלְוַת, שַׁלְוָה foe. pax, quies, tranquillitas, ſalus, abundantia, felicitas, proſperitas. præſ. בְּשַׁלְוָה in tranquillitate. aff. contractè. בְּשַׁלְוִי in tranquillitate meâ. Pſ. 30. 7. aff. præſ. pl. בְּשַׁלְוֹתַיִךְ in tranquillitatibus tuis.

שְׁלֵוָה foe. Chal. tranquillitas. præſ. aff. לִשְׁלֵוְתָךְ tranquillitati tuæ.

שָׁלוּחַ miſſus, ſa. kal. part. pah. ſ. m.

שְׁלוֹחַ mittere, mittendo. præſ. בִּשְׁלוֹחַ, לִ ad mittendum. מִשְּׁלוֹחַ à mittendo. inf. R. שָׁלַח miſit.

שִׁלּוּחַ m. donum, munus quod tranſmit-

mittitur, dos, dimissio. pl. שִׁלֻּחִים
שִׁלּוּחִים munera.

שִׁלּוֹחַ m. Siloach, Siloch. nomen piscinæ Jerosolymis.

שְׁלוּחָה, שְׁלֻחָה, שְׁלֻחָה missa. kal. part. f. f. à m. שָׁלוּחַ.

שְׁלוּחוֹת, שְׁלֻחוֹת pl. f. propagines, rami. aff. שְׁלֻחוֹתֶיהָ propagines ejus.

שִׁלּוּחִים, שִׁלֻּחִים pl. m. dona, munera quæ alicui mittuntur, missiva, missilia, missiones, dimissiones. conft. aff. אַחַר שִׁלּוּחֶיהָ post dona, dotem, dimissionem ejus. Exod. 18. 2.

שַׁלְוֵי pl. m. conft. tranquilli, quieti. à f. שָׁלֵו R. שָׁלַה tranquillus fuit.

בְּ שַׁלְוִי in tranquillitate mea: Pf. 70. 7. contractè pro בְּשַׁלְוָתִי à שַׁלְוָה vel est inf. kal. præf. aff. in tranquillum me esse, vel dum quietus essem.

שַׂלְוִים pl. m. coturnices. à f. f. Rad. שְׂלָו coturnix.

שָׁלוֹם m. pax, prosperitas, incolumitas, integritas, tranquillitas, felicitas, salus, prosper rerum status, res salvæ: adhibetur hæc vox in salutationibus. præf. הַשָּׁלוֹם pax. בְּשָׁלוֹם, בְּ in pace. לְשָׁלוֹם ad pacem. לְשָׁלוֹם paci. מִשָּׁלוֹם de pace. aff. שְׁלוֹמִי, שְׁלוֹמֵנוּ pax mea, nostra. שְׁלוֹמְךָ, שְׁלוֹמֵךְ pax tua. שְׁלוֹמָם pax eorum. בִּשְׁלוֹמָהּ in pace ejus. pl. præf. וְלִשְׁלוֹמִים pacificis. aff. בִּשְׁלוֹמָיו in pacificos ejus. R. שָׁלַם perfectus est.

שִׁלּוּם, שִׁלֻּם m. retributio, compensatio, æqua retributio. præf. בְּשִׁלּוּם pro retributione. plur. שִׁלּוּמִים retributiones. שַׁלּוּם Sallum. nom. pr. Esd. 2. 42.

שְׁלֹמֹה, שְׁלוֹמֹה iSelomoh. Salomon Rex Israel fil. David: id est pacificus. nom. pr.

שְׁלוֹמִים pl. m. pacifici, salvi, pacati. Jer. 13. 19. הָגְלַת שְׁלוֹמִים deportata est (civitas) pacatorum. præf. וְלִשְׁלוֹמִים & pacibus, pacificis. aff. בִּשְׁלוֹמָיו in pacificos ejus. pl. m. à f. שָׁלוֹם pax.

שְׁלוֹמִית Selomith. perfecta, pacifica. nom. prop.

שְׁלוֹף extrahe. kal. imp. f. m. Rad. שָׁלַף extraxit.

שְׁלוּפָה extracta, stricta. kal. part. pah. f. foe. & שְׁלֻפָה.

שָׁלֹשׁ, שָׁלוֹשׁ m. tres. præf. בִּשְׁלֹשׁ, בִּשְׁלוֹשׁ, הַשָּׁלוֹשׁ tres. in tribus. לִשְׁלֹשׁ, לִשְׁלוֹשׁ pro tribus. foe. f. שְׁלֹשֶׁת & שְׁלוֹשֶׁת tres. pl. m. præf. הַשְּׁלוֹשִׁים triginta.

שָׁלוֹתָ spoliasti. kal. præt. 2. f. m. R. שָׁלַל prædatus est.

שַׁלְוַת foe. tranquillitas. nom. f. foe. conft. R. שַׁלְוָה שָׁלָה quievit.

שלותי

שלותי fui pacificus, quievi, kal. præt. 1. ſ.

בשלותיך in tranquillitatibus tuis. nom. f. שלוה pl. foe. præf. aff.

שלותך Chal. foe. tranquillitas tua. aff.

שלח miſit, emiſit, dimiſit, extendit, immiſit, præmiſit, remiſit, tranſmiſit, porrexit, exeruit, admovit. præt. 3. ſ. maſc. aff. שלחם שלחך , שלחני , שלחנו miſit nos, me, te, eos. 3. ſ. foe. שלחה emiſit. 2. ſ. m. שלחת שלחת aff. שלחתנו , שלחתני miſiſti me, nos. 1. ſ. שלחתי miſi. aff. שלחתים שלחתיו , שלחתיך miſi te, eum, eos. pl. 3. שלחו miſerunt. 2. pl. m. שלחתם miſiſtis. 1. pl. שלחנו miſimus. part. ben. ſ. m. præf. השלח mittens. aff. שלחך שלחי mittens me, te. pl. m. שלחים mittentes. aff. præf. לשלחך , לשלחיו mittentibus eum, te. part. pah. ſ. maſc. שלוח miſſus. ſ. f. שלחה , שלוחה foe. miſſum, emiſſa. inf. שלוח mittere. שלח emittere. præf. ל , בשלוח in mittendo. משלוח à mittendo. aff. שלחך mittere te. בשלחי in mittere me. imp. ſ. m. שלח & cum ה parag. שלחה mitte. aff. שלחני mitte me. pl. m. שלחו mittite. fut. 1. ſ. אשלח & cum ה parag. אשלחה aff. אשלחם mittam eos. אשלחך mittam te. 2. ſ. m. 3. f. præt. התשלח num mittes? aff. תשלחני , תשלחנו , תשלחם mittes me, nos, eos. 3. ſ. m. ישלח aff. ישלחך , ישלחך , ישלחני ישלחם , ישלחנו , ישלחהו mittet me, te, eum, eos. 1. pl. cum ה parag. נשלחה mittemus. 2. maſc. תשלחו תשלחו mittetis. 3. m. ישלחו mittent. foe. 2. & 3. תשלחנה mittetis, mittent. Niph. inf. Eſth. 3. 13. ונשלוח ספרים & mittendo epiſtolas. Pih. præt. שלח , שלח dimiſit, ejecit, expulit, ablegavit, amandavit, porrexit, ire ſivit, emiſit, produxit, propagavit, repudiavit. præt. 3. ſ. maſc. aff. שלחם , שלחך , שלחו , שלחה miſit eam, eum, te, eos. 3. ſ. foe. שלחה emiſit. 2. ſ. m. שלחת aff. שלחתם , שלחתני שלחתו שלחתה dimiſiſti eam, eum, me, eos. 1. ſ. שלחתי miſi. aff. שלחתיך שלחתיה miſi eam, te. pl. 3. שלחו aff. שלחהו , שלחוך dimiſerunt te, eum. 2. m. שלחתם dimiſiſtis. 1. pl. שלחנו dimiſimus. part. ſ. m. præf. המשלח aff. משלחך dimittens, mitto te. pl. præf. המשלחים, conſt. משלחי mittentes. inf. שלח שלח dimittere. בשלח in dimittendo. לשלח , לשלח dimittere. aff. כשלחי in mittendo me.

לשלחני

לְשַׁלְּחֵנִי · לְשַׁלְּחֵנוּ ad emittendum
me, nos. בְּשַׁלְּחוֹ · בְּשַׁלְּחָהּ in di-
mittere eum, eam. לְשַׁלְּחָם
לְשַׁלְּחוֹ, לְשַׁלְּחָהּ ad dimittendum
eum, eam, eos. imp. s. m. שַׁלַּח di-
mitte. aff. שַׁלְּחֵנִי , שַׁלְּחֵנִי dimitte
me. plur. masc. שַׁלְּחוּ aff. שַׁלְּחֻנִי
שַׁלְּחוּנִי dimittite me. fut. 1. s.
אֲשַׁלַּח , אֲשַׁלֵּחַ cum ה parag.
אֲשַׁלְּחָה dimittam. aff. אֲשַׁלֵּחֲךָ
אֲשַׁלְּחֵהוּ · אֲשַׁלְּחֶנּוּ , אֲשַׁלְּחֶהָ
אֲשַׁלֶּחְךָ dimittam te, eum, eam.
2. s. m. 3. f. תְּשַׁלַּח aff. תְּשַׁלְּחֵם
תְּשַׁלְּחֵהוּ , תְּשַׁלְּחֶנּוּ · תְּשַׁלְּחֵנִי
dimittes eum, me, eos. 2. s. m. תְּשַׁלְּחִי
dimittes. 3. s. m. יְשַׁלַּח , יְשַׁלֵּחַ
dimittet. aff. יְשַׁלְּחֵנוּ , יְשַׁלְּחֵם
יְשַׁלְּחֵהוּ , יְשַׁלְּחֶנּוּ , יְשַׁלְּחֶהָ
emittet, dimittet eum, eam, nos, eos.
1. pl. aff. נְשַׁלֶּחֲךָ · וַנְשַׁלְּחֶנּוּ di-
mittemus te, eum. 2. m. aff. תְּשַׁלְּחוּ
aff. תְּשַׁלְּחוּנִי , תְּשַׁלְּחוּם dimitte-
tis me, eos. 3. m. יְשַׁלְּחוּ aff. יְשַׁלְּחוּם
יְשַׁלְּחוּהָ dimittent eam, eos. 2. & 3.
foe. תְּשַׁלַּחְנָה emittent. puh. præt.
שֻׁלַּח missus est. 3. s. f. שֻׁלְּחָה di-
mittitur. 1. s. שֻׁלַּחְתִּי missus sum.
pl. 3. שֻׁלְּחוּ missi sunt. part. s. masc.
מְשֻׁלָּח dimissus, sibi permissus. fut.
3. s. m. יְשֻׁלַּח mittetur. H ph. præt.
1. s. וְהִשְׁלַחְתִּי & immittam. part. s.
m. מַשְׁלִיחַ immissurus sum. inf. pref.
לְהַשְׁלִיחַ mittere.

שְׁלַח Chal. misit, immisit. præt. 3.
pl. שְׁלַחוּ miserunt.
שֶׁלַח m. missile, arma missilia, vel
quodlibet instrumentum missile bel-
licum, gladius, ensis, mucro, hasta, lan-
cea: item pomarium: item Selach fil.
Arphaxad. Gen. 20. 29. præf.
הַשֶּׁלַח missile, emissarius. בַּשֶּׁלַח
בַּשֶּׁלַח per enses. aff. שִׁלְחוֹ gla-
dius ejus. pl. propagines. aff. שְׁלָחַיִךְ
propagines tuæ.
שָׁלְחָה misit, dimisit. kal. præt. 3.
s. foe.
שִׁלְחָה mitte, dimitte. kal. imp. s.
m. cum ה parag.
שְׁלֻחָה emissa. kal. part. pah. s. foe.
שֻׁלְּחָה dimittitur. puh. præt. 3. s. f.
שִׁלְּחוּהוּ dimiserunt eum. pih. præt.
3. pl. aff.
שִׁלּוּחִים pl. m. dotes, missilia, mu-
nera. a s. שִׁלּוּחַ donum. שִׁלְחִי Sil-
chi. 2. Paral. 20. 31. שִׁלְחִים Silchim
urbs Judæ. Jos. 15. 32.
שֻׁלְחָן masc. mensa. præf. הַשֻּׁלְחָן
mensa. לַשֻּׁלְחָן mensæ. aff. שֻׁלְחָנִי
שֻׁלְחָנָהּ , שֻׁלְחָנוֹ mensa ejus.
שֻׁלְחָנָם eorum. לְשֻׁלְחָנְךָ mensæ
tuæ. pl. foe. præf. הַשֻּׁלְחָנוֹת mensæ.
לַשֻּׁלְחָנוֹת mensis.
שְׁלַחְנָא Chal. misimus. peh. præt.
1. plur.
שְׁלַחְתּוּן Chal. misistis. peh. præt.
2. pl. m.

שָׁלַט dominatus eſt, præfuit, poteſtatem, dominium habuit, vel exercuit: conſtruitur cum præp: עַל & בְּ. præt. kal. 3. pl. שָׁלְטוּ dominati ſunt. inf. præf. לִשְׁלוֹט ad dominandum. fut. 3. ſ. m. יִשְׁלוֹט dominabitur. pl. 3. m. יִשְׁלְטוּ dominabuntur: Hiph. præt. 3. ſ. m. aff. וְהִשְׁלִיטוֹ dominium, poteſtatem fecit ei. fut. 2. ſ. m. 3. ſ. Pſ. 119. 133. אַל־תַּשְׁלֶט־בִּי כָל־אָוֶן non dominetur mihi omnis iniquitas. 3. ſ. maſc. aff. יַשְׁלִיטֶנּוּ copiam facit ei. Eccl. 6. 2. שְׁלֵט Chal. dominatus eſt. præt. 3. plur. שְׁלִטוּ dominati ſunt. fut. 3. ſ. m. יִשְׁלַט dominabitur. 2. ſ. m. 3. foe. תִּשְׁלַט dominaberis, tu: Aphel. præt. 3. ſ. m. aff. וְהַשְׁלְטָךְ & dominatorem te conſtituat. וְהַשְׁלְטֵהּ & dominatorem conſtituat eum.

שָׁלְטוֹן m. dominatio, poteſtas, dominium, auctoritas. Chal. dominator, dominus, qui poteſtatem habet. plur. m. conſtr. כָּל־שִׁלְטוֹנֵי & omnes dominatores.

שַׁלְטִים pl. m. dominatores. à ſ. m. שִׁלִּיט.

שְׁלָטִים pl. m. ſcuta, clypei, peltæ, umbones: conſtr. aff. שִׁלְטֵיהֶם ſcuta ſua.

שָׁלְטָן m. Heb. & Chal. dominium, dominatus: Sultanus quo nomine Turcæ ſuum Monarcham vocant. emph. שָׁלְטָנָא dominus. aff. שָׁלְטָנָךְ, שָׁלְטָנְהוֹן, שָׁלְטָנֵהּ dominatus ejus, tuus, eorum. pl. conſt. שָׁלְטוֹנֵי emph. שָׁלְטָנַיָּא dominatus, dominatores.

שַׁלֶּטֶת foe. dominatrix, domina, fœmina habens poteſtatem.

שֶׁלִּי qui, vel quæ mihi. Cant. 1. 5. כַּרְמִי שֶׁלִּי vinea quæ mea eſt: compoſ. ex לִי dat. & relat. שׁ præf.

שְׁלִי m. error; pax, tranquillitas, vacatio, ſecuritas. præf. בַּשֶּׁלִי pacificè, ſecurè, in pace. 2. Reg. 3. 27. Rad. שָׁלָה tranquillus fuit.

שִׁלְיָה foe. ſecundina, ſecundæ, membrana illa, quâ partus obvolutus utero prodit. præf. aff. Deut. 28. 27. וּבְשִׁלְיָתָהּ הַיּוֹצֵאת מִבֵּין רַגְלֶיהָ & in ſecundinas ſuas, quæ egrediuntur de inter pedes ejus.

